



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Wastinano, Lincopensi, & Scarensi Episcopis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

ternitati tuae per apostolica scripta præcipiendo mandamus quatenus cum ab ipsis vel eorum aliquibus tibi fuerit intimatum, Slevicensi Ecclesia sublato cujuslibet contradictionis & appellationis obstatulo per electionem canonicam provideri facias in pastorem. Datum Ferentini 11. Non. Novembbris, pontificatus nostri anno undecimo.

**WASTINANO, LINCOLENSI,**  
& Scarenſi Episcopis.

Epif. 174.  
Ut Ericus in-  
valorum regni  
Suecia com-  
pescant.

**A**d nostram noveritis audientiam pervenisse qualiter prædecessores Erici, qui in regnum Sueciae se violenter intrusit, illustris recordationis S. Sueciae Regis morte per quandam ipsius Camerarium procurata, filium ejus postmodum de unanimi populi voluntate promotum non modicum de ipsis, quos suorum oblitus scelerum misericordia receperat, confidentem, violatis fide ac juramento quibus ei obligati fuerant, occiderunt. Tandem verò post interitum patris diœti Erici, qui præfatis Regibus taliter interemptis regni gubernacula per violentiam occuparat, carissimus in Christo filius noster S. Suecia Rex illustris, qui ad carissimum in Christo filium nostrum Regem Danorum illustrem contingentem eundem proxima consanguinitatis linea se contulerat, ad regni regimen est assumptus; qui super ipsius invasoris regni sui filiis, quos videbat puberes & omni auxilio destitutos, misericordi compassionem commotus, sibi eos in filios injuriarum suarum immemor adoptavit, tanto eos favens affectu quod, in multa familiaritate delectatus eorum, à præsentia sua non sustineret absentes. Tanto itaque operi pietatis ividens humani generis inimicus, seminaris inter ipsos & Regem zizaniis per quosdam suæ nequitiae sectatores, eos ad machinandum in mortem regiam concitavit; quorum tandem tribus post detectum scelus eorum in prælio quod adversus Regem moverant interemptis, dictus Ericus, qui congregata post tempora multitudine regni fines violenter intrarat, occurrens sibi cum suis, eodem Rege fugato, regnum obtinuit, se Rege præfato ad dictum Regem Dacie, comite venerabili fratre nostro Vpsalenſi Archiepiscopo, conferente. Cum igitur tum propter Ecclesiarum destructionem & oppressionem etiam viduarum, tum quia dictus Rex sub Ecclesiæ Romanæ ac nostra protectione consistens, regno suo asserritur contra justitiam destitutus, hæc non sint

à nobis clausis oculis omittenda, præser-tim cum alium non inveniat ad quem pro justitia obtainenda recurrat, fratermitati vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus quatinus dictum Ericum ut cum præfato Rege componat, & regnum ipsum eidem, prout ad ipsum pertinet, di-mittat in pace, monere diligentius & inducere procuretis. Alioquin eum adhuc per cenfuran ecclesiasticam, sicut jultum fuerit, appellatione remota cogatis; illud specialiter procurantes, ut præfato Archiepiscopo satisfiat. Quod si non omnes &c. duo vestrū &c. Datum Laterani Idibus Novembbris, pontificatus nostriano undecimo.

**ARCHIEPISCOPO MEDIO-**  
lanensi S. R. E. Cardinali, & Tporiensi  
Episcopo, & dilecto filio Abbati de Tilieto,

**I**ntr multiplices angustias & pressu-ras quibus in hoc mundi vespere sancta mater Ecclesia vehementer affligitur & vexatur, illud vehementius nos affigit & & vexat quod ij qui, tamquam filii, ubi-ribus consolationis ejus replentur, ei non solum in angustiis non subveniunt, sed dolorem vulneribus ejus addunt, & ab illis contempta quos materno nutrit affe-ctu, vix jam invenit qui misereatur ipsius ex omnibus caris ejus; sed amici ejus pre-verunt eam, & ei facti sunt inimici, sicut, quod dolentes recolimus, in Episcopo Placentino & clero suo recenti & familiari docemur exemplo. Cum enim olim Consules & Consiliarij Placentini cum concivibus suis, malignis seducti fallaciis, spretis quoque apostolicae sedis monitis & mandatis, molirentur matrem suam Placentinam Ecclesiam ancillare sive seipso in servitatem redigere, cum se-quantur filii conditionem maternam juxta legitimas sanctiones, nec metuerent propter Deum nec propter homines eru-bescerent immanitatem illius tyranidis exercere quam non exercuerunt in sacer-dotes & Levitas illius temporis etiam Pha-rao Rex Ægypti & Rex Persida Artaxerxes, qui non solum eis non impofuerunt onera, sed fecerunt alimenta de pu-blico ministrari, præfati Episcopus & cle-rus ipsius eligentes potius exulare quam videre mala sua pariter & sanctorum, ex-eunte civitate, pulverem de pedibus suis in testimonium excusserunt, & per totam provinciam miserabiliter sunt dis-persi. Sed laici suas indurantes facies su-pa petram, & non solum ad eorum mobilia

Epif. 175.  
Adversari co-  
tatem Pla-  
tisam.  
Vide lib. 10.  
epif. 111.